interiora tua et ea que agis inspicias et ad quam
finem quemque peruenta sunt videas. Et credo quod
in sanus sis ea facies. Unde felicitatem et gaudium
recipies ac ea vero dimittes. Unde tormenta et
tristiciam paciaris et merearis. Hec Ausi. Ad

Ausi

Ihu mitis et paciencie vera tota
humilitatis exemplum. Repelle a me omnes fastus
superbie cunctosque appetitus inanis glorie. Omnia sil-
gena tante postis tanteque malicie. Non sit
domine neque videri possit vllum tanti mali tanteque
perdicionis signum in seruo tuo neque in moribus meis
neque in verbis neque in factis neque coram te
in cogitacionibus meis. Profunda me in vera et
profunda humilitate ut nullus in me pateat
locus inimicorum insidiis et patria ut sim per-
nulus in oculis tuis meis quantum plenam graciam in-
ueniam in oculis tue maiestatis. Amen. C. S.

Capl'm 17m.

De officio et vita Johannis Baptiste.

D. 144

Ceterum illis omnibus aliis que
in infanciam saluatoris expli-
care valent et actus cura fuit
de inceps euangelistis describere
facta et dicta Christi que gessit secundum
etatem plenitudinis et secundum perfectum virum. Et
primo de baptismo quo a Johanne baptizatus
fuit. Premittendum est ministerium et officium
Johannis baptizantis et baptismum penitencie
predicantis. In diebus itaque illis quibus adhuc
in nazareth Jhesus habitabat vel quando hec
que secuntur contigerunt secundum quod dicitur in principio euangelii
in ecclesia in illo tempore scilicet anno Jhesu imperii tiberii
cesaris qui successit octauiano augusto sub quo
natus est Christus procurante et regente pylato pon-
cio iudeam. Tetrarcha autem adhuc galilee
herode et listinia abiliue tetrarcha yturie
et traconitidis regionis. Ubi sciendum quod ut
supra dictum est regnum iudeorum in quatuor tetrarchias
diuisum fuerat quarum duas scilicet iudeam et abiliuam
habebat archelaus. Tertiam vero herodes et quartam
philippus. Accidit autem ut archelaus tyrannus dicto
exercens apud augustum accusaretur qui ab hoc
ab augusto deponitur. Decimo anno sui principa-
tus exilio religatus est. Et extunc vna pars princi-
patus sui scilicet iudea cepit per procuratores et offi-

officiales romanorum administrari quorum quintus
Poncius pilatus fuit dictus a Poncio in sula
in qua stetit. Unde non erat princeps ordinarius
sed fuit vicarius vel delegatus. Et ideo procurator
est dictus. Sed ergo quandoque legitur presses fuisse intelligendum
est de procuratore, quia ut videtur nunquam presses
fuit sed eo procuratore existente vicellius presses
Syrie cuius pars iudea extitit est. Et forte ideo
presses dici poterat quia quandoque presidis officium
exercebat. Alia vero pars principatus sui scilicet abilina
tradita est Lisanie sub nomine tetrachie. Istum
Lisaniam quidam dicunt fuisse filium Herodis Ascla-
nite sub quo dominus natus est. Sed Josephus dicit
quod fuit nepos eius natus ex Alexandro so-
rore eius Herodis et ex patre Tholomeo de
Libano et hoc magis videtur. Et subdit Sub prin-
cipibus sacerdotum Anna et Caypha. Isti affini-
tate fuerunt coniuncti et vicissim pontificatum
administrabant. Sed Annas anno quo dominus
baptizatus et Cayphas eo quo passus est inter
quos in illis tribus annis tres alii fuerunt scilicet Is-
mahel, Eleazarus et Symon qui hic subticentur
et tangit evangelista solum illos sub quibus predica-
tio incepit Johannis et passus est Christus. Et autem predica-
tio Johannis tam sollempniter describitur scilicet per tem-
pora imperatoris pontificum et principum
ad designandam excellentiam eius quem nunci-
are veniebat. Utpote qui summus imperator pon-
tifex et gubernator omnium existebat. Dicit ergo
factum est verbum domini scilicet superna inspiratio quod dicitur verbum
quia intus in mente loquitur secundum illud Psalmi audiam
quid loquatur in me dominus deus. Super Johannem Zacharie
filium in deserto qui tunc in anno erat 30. quod
tempus predicationi debitum est quia tunc etas viralis
vigeat ut baptizans et predicans Christi adventum
et redemptionis solacium annuntiaret. Audivit
Johannes per internam inspirationem et revelationem
divinam et auditu mentis verbum domini sola regratia
desuper data ei loquentis. Unde secundum Crisostomum verbum
dei hic mandatum seu preceptum dicitur dei quod non
a semetipso Johannes sed deo illum movente ad
ministerium illud accessit. Unde ipse ait qui me
misit in aqua baptizare. Et ne propter defectum
aque differret baptismus eorum qui in eius predicatione con-
vertebantur et ut predicando magis proficere posset
eximit de deserto ubi iam penitentiam predicare agendam
ceperat et venit in regionem circa Jordanem ubi
copia aquarum et loca populosa erant. Bapti-
zans et predicans baptismum penitentie in remissi-
onem peccatorum. Et in hoc dedit exemplum predicatoribus
ut loca fructificationis ubi domini quaerunt
non recreationis. Baptismus Johannis disponebat
homines ad suscipiendum Christum. Ideo non bap-
tizabantur ab eo nisi iudei quibus principaliter promi-
ssus fuit Christus. Mulieres et non baptizabantur

quia erant instruendo a viris. Nec etiam in-
fantes baptizabantur quia misterium non intel-
ligebant et necessaria erat cognitio. Baptismus
vero Christi datur omni genti, omni sexui, omni etati
in remissionem peccatorum. Et ergo hic dicitur in re-
missionem peccatorum non intelligendum nec re-
ferendum ad baptismum Johannis sed ad penitentiam que baptismo
annectebatur sola in ipsa penitentia remittebatur.
Baptismus quidem Johannis baptismus penitentie erat
quia ad penitentiam baptizandos movebat et
non nisi adultos quos penitentes videbat
baptizabat. Unde licet baptismo penitentie non dimi-
ttentur peccata susceptio tamen illius erat quedam
protestatio agendi penitentiam per quam dimittuntur
peccata. Erat et baptismus Johannis in remissionem
peccatorum non effective sed preparative quia preparabat
ad Christi baptismum in quo fiebat remissionem
peccatorum. Baptismus ergo Johannis erat baptisma
penitentie quia penitentiam delictorum habebat sed ea relaxa-
re non poterat. Baptismus autem Christi est baptismus
gratie quia in ipso gratia datur et peccata relaxantur.
Unde Crisostomus illud dicit in penitentia homo in gratia
ibi venia hic victoria. Et notandum secundum Crisostomum
Nazarenum. Et 4. est differentia baptismatum
est enim quoddam figurativum quo baptizavit Moyses
sed in aqua solum scilicet in nube et in mari. Aliud est
preparativum quo baptizavit Johannes de quo hic
dicitur. Tertium est perfectivum ut baptismus Christi quod
fuit in spiritu. Quartum est superexcellentissimum scilicet quod fit
in sanguine per martirium. Et hoc venerabilius
ceteris quia iteratis non fedatur contagiis. Quintum est
culparum actualium abstersivum quod fit cotidie
in lacrimis et est laboriosius ceteris. Johannis
quidem baptismus erat preparativus quia necessarium erat
homines preparari ad Christum baptismo eius et secundum
hoc ita se habet baptismus Johannis ad Christi baptismum sicut
cathecismus quo instruuntur baptizandi
de fide et preparantur ad baptismum quod se habet
ad baptismum verum. Unde remigius baptismus
Johannis figuram gerebat cathecuminorum
Nam sicut modo cathezizantur pueri ut digni
fiant ad sacramentum baptismatis. Ita Johannes bap-
tizabat ut baptizati ab eo postea devo-
te vivendo digni fierent accedere ad Christi
baptismum. Unde et Crisostomus. Apte ergo cum dixisset
Christus venit predicans baptismum penitentie adiecit
in remissionem peccatorum quam diceret. Ideo sua-
debat illis penitere ut subsequentem veniam
facilius impetrarent credentes in Christum.
Unde baptisma illud nullam aliam habuit
causam nisi preparatorium erat ad fidem. Hoc
Crisostomus. Unde et baptizabantur in Jordane
qui descensio interpretatur de superbia veteris

Hic de pilato poncio.

Hic quod 3 alii pontifices medii fuerunt inter Annam et Caypham ab anno quo dominus baptizatus est et quo passus est scilicet Ismahel, Eleazarus et Symon

Nazarenum

Remigius

Crisostomus

hominis descendisti ad humilitatem confessionis et
emendationis. Ipse abdicata vita veteri renova-
ri mereantur in Christo. Non etiam quemcumque baptismum
Johannis factum est in Jordane. Erat quidem protestatio
penitentie agende per quam appropinquat regnum celorum
et transitus ad terram viventium sicut filii Israel
ad terram promissionis transierunt per Jordanis
fluvium. Baptizavit autem Johannes propter plures
rationes. Prima est secundum Augustinum ut significaret
baptismum Christi et sic fuit sacramentum. Secundo sumptum
Augustinus
Secunda secundum Crisostomum ut ex nomine baptizandi plu-
res ad Christum convenirent ad Johannem quibus de
Christo annunciaret. Tertia secundum Gregorium ut per baptismum
Johannis homines assuescerent ad baptismum Christi. Quarta
Crisostomus
Gregorius
secundum Bedam ut per baptismum Johannis homines dispo-
nerentur et habilitarentur ad baptismum Christi.
Quinta secundum ipsum Johannem ut manifestaretur Christus
in Israel in baptismate Johannis voce patris et
Spiritu sancto. Dicebat ergo et prius in deserto
et postea circa Jordanem ad eos qui moti con-
versatione vite eius exibant ad ipsum. Penitentiam
agite id est penitentiam unusquisque mala prioris
vite appropinquabit enim regnum celorum scilicet penitentiam
agenti. Secundum Remigium regnum celorum quatuor
modis dicitur scilicet uno modo Christus iuxta illud Matthei
regnum celorum ut dei intra vos est. Recta scriptura
secundum illud auferetur a vobis regnum dei et dabitur
genti facienti fructus eius. Recta universalis
ecclesia secundum Gregorium super Matthei 24. Simile est regnum
celorum x virginibus. Supernum solium propter illud
multi venient ab oriente et occidente et recum-
bent cum Abraham et Ysaac in regno celorum. Et hoc
totum hic potest intelligi. Agenda est penitentia
non sera que est dominatorum non coacta que est
latronum non ficta que est ypocritarum non de-
sperata que est proditorum sed vera que secundum Crisostomum
cor mundat sensus illuminat et ad susceptionem
humana precordia preparat. Et autem ait Jeronimus
primum baptismum Johannes regnum celorum predicat
ut precursor domini hoc honoretur privilegio
Origenes
Unde et Petrus Ravennas dicit quod post peccatum
Ade et illius diluvii vastitatem sollempnem
electa est iustorum infinita pluralitas cum
quibus deus facie ad faciem fuisse dinoscitur
Et enumeratis precipue patriarchis et
prophetis veteris testamenti subinfert quod ab eis
nulla mentio facta fuit de regni celestis
perpetua mentione nec in his omnibus memoria
regni nec nominatur nec auditur nichil de celestis
regni gloria prophetatur. Et subdit quid plura
a principio mundi usque ad Johannem universitatis
humane electionem recollige nec in sermone nec
in opere illius regni celestis potes reperire dilec-
tionem. Veni ergo ad Johannem et audi vocem

exultationis et leticie mee verbum sermonis glorie gratie
longitudinem quod celavit deus tacuerat angelus
latuerat prophetas patriarche nescierunt. Penitentiam
inquit agite appropinquabit enim regnum celorum verbum
penitentie dulce et gloriosum verbum regni celorum
letum et adorandum. Illi soli primo quemcumque qui
primus novi testamenti posuit fundamentum. Et
addit a diebus Ade usque ad Johannem organum
nostrum versum est in vocem flentium et in peccatorum fre-
quentia nec locus penitentie. Duplex erat deplorandi
materia. Johannes natus ostendit medicinam vulneri
peccato penitentiam veniam iniquitati. Hec est prima vox
quam clamans in deserto proposuit et vox tur-
turis audita est in terra nostra et tunc immisit
in os nostrum cantitum novum carmen deo nostro
et resonat in ore nostro gratiarum actio et vox
laudis. Super exaltatur nostra iudicio peccatoribus
partitur regnat pietas iustitia dissimulatur et
miserendi non feriendi querit occasionem amicorum
et miserator dominus hoc Petrus. Et ut ostendatur
ydoneitas Johannis ad testificandum de Christo
ex sanctitate vite describit evangelista vitam Johannis
primo ab asperitate vestis quia cilicio indutus
erat de duris camelorum pilis in quo mo-
nemur ut ad refrenationem carnis duris et
asperis utamur. Unde Jeronimus de pilis habebat
vestimentum non de lana aliud austeritatis
indicium est aliud luxurie mollioris. Unde Cri-
sostomus. Vestis autem dei non querit habere vestimentum
ad speciem visionis nec ad carnis delectamentum
sed tantum ad nuditatis tegumentum. Habebat enim
Johannes vestem non mollem neque delicatam
sed cilicinam gravem et asperam conterentem
corpus potius quam foventem ut de virtute anime eius
ipse habitus corporis loqueretur. Secundo a continentia
constringente carnis lasciviam quia habebat zo-
nam pelliceam asperam id est corrigiam de siccis
et crudis animalium pellibus factam circa lumbos
in quibus sedes est luxurie ad carnem et luxuriam
mortificandam quia carnem suam crucifixit cum
vitiis et concupiscentiis quod eorum est proprium qui sunt Christi.
Unde Crisostomus. Consuetudo enim erat apud iu-
deos ut zonis laneis uterentur ideo iste ut
aliquid durius facere volens zona pellicea
cingebatur. Quid tunica zona quoque pellicea
Johannis allegorice significet patet per Crisostomum qui
sic ait. Scit Johannes hoc est lex in Johanne vestitus
pilis Cameli non poterat habere tunicam de agno
de quo dicitur Ecce agnus dei. Ecce qui tollit peccata
mundi. Et zonam pelliceam habebat in lumbis
quia iudei hoc solum putant peccatum esse quod opere
peccant. Certum dominus Jhesus in apocalipsi Johannis qui
videtur inter septem candelabra habebat zonam
auream non in lumbis sed in pectore lex-

in lumbis cingit. Dictum xpi hoc est evangelium
de monachorum vitis non solum in libidine sed etiam
in mente condempnatur. Hic nec cogitare quidem
expedit ibi qui fornicatus fuit tenere in crimine.
Tercio ab abstinencia et victus per simonia
locustas. Nota quod herbas sic nominatas et mel
silvestre comedebat. Quia cibus pauperum est in terra
illa. Videtur quod locuste plura significant
de quibus iste versus extat. Radices herbas
et aves dicit esse locustas. Sunt enim parva animalia
per modum saltus volitancia que reperiuntur in deserto
Iudee et frixa cum oleo sunt cibus pauperum. Sed non
videtur quod Iohannes locustarum carnes manducaverit
quia pane etiam vesci voluit et
quod frixuras usus sit qui nichil coctum accepit.
Ideo videtur magis probabile de aliis intelligi
debere. Unde in partibus illis quidam herbam
languste vel locustam nominant que dicitur illa esse
quam beatus Iohannes comedebat. Mel autem silvestre
ex apibus ibidem in truncis arborum reperitur
ut secundum Rabanum sunt folia arborum alba et tenera
que manibus contrita saporem habent quasi mellis
invenitur etiam ibidem mel ex calamellis.
Que calamelle sunt calami pleni molle ut sunt
succo dulcissimo. Vocantur etiam alio nomine
cannaneelles quod nomen ex canna et melle con-
ponitur eo quod canis sive arundinibus huiusmodi cala-
mi sunt similes. Unde hoc itaque beatus Iohannes aperte
demonstrat quod pro nichilo mundum istum omnes quod divi-
cias eius duxerit qui tam vilissimo indumento
cibosque tenui et imperato utebatur. Sola enim
vite huius necessaria querebat qui sic vivere dispo-
suerat. Hoc exemplum illi sequuntur qui dicunt
habentes victum et amictum habentes contenti sunt.
Propterea nota quod penitentiam predicabat quam peni-
tentes vivere debeant ut bonus magister eis
in seipso exemplum et regulam dabat. Erat ei
terra cubile, antra domus, pillus vestis,
pellis zona, aqua potus, locusta cibus.
Et sic non solum mundum et blandicias eius
contempnere sed etiam totius generis humani peccata
deflere se ostendit et exemplum utile posteris
dereliquit. Totum ergo quod erat in Iohanne penitentiam
predicabat. Nomen quod dei gratia et locus
quod desertum et habitus quod cilicium et cibus quod
locustarum et sermo quod penitentie verbum et operacio
quod baptisma assuefaciens ad bonum.
In Iohanne describitur evangelii predicator
et primo quantum ad doctrinam. Sed eum exemplo Iohannis
predicare penitentiam et ea que recedere faciunt
a peccatis et ea que faciunt accedere ad consecucionem

regni celestis. Secundo quantum ad continencia quia zona
dicitur esse circa lumbos ut predicator continencia habeat
unde dicitur Ieremie mittens predicare ait accinge
lumbos tuos ut vir. Tercio quantum ad vitam
et hoc dicitur. Sed quantum ad vestitum et victum in quibus
etiam a Iohanne accipiat exemplum. Qui ergo penitentiam
et aspera iniungit vel predicat et corripit
habitum penitentie pretendat aspera veste tegatur
et parce reficiatur ut in eo vilitas vestis et
cibi laudetur quia usus in divite arguitur austeritas
enim vite requiritur in evangelii predicatore
Ideo dicit apostolus castigo corpus meum. Unde
Cristus dalem esse oportebat precursorem domini
contemptis rebus mundi prestaret. Unde non
immerito a domino et angelus nuncupatur quia in hoc
mundo positus mundum ipsum angelica vita calca-
bat. Sed autem ille qui purus ita erat et celo
clarior et prophetis celsior et quo nullus hominum
maior fuit qui tanta apud deum familiaritate
gaudebat ita se ipsum ad paciam durabat
laborum fluxa deliciarum cum divinitus despi-
ciens atque ad omnem vite rigorem coartans
quam nos habemus excusacionem qui pro tot
xpi beneficia postquam tanta et infinita onera
peccatorum neque minima particulam illius castiga-
cionis imitamur sed commessacionibus et ebrietatibus
dediti ac per egro odore fragrantes vel potius
fetentes ac undique nosmetipsos relaxantes
et mollificantes in predam dyaboli preparamur
et ei captabiles nos facimus. Sic Cristus
Cum audita Iohannis fama exibat ad eum omnis
regina quantum ad habitantes in ea et omnis iudea
quantum ad circumiacentes in ea et omnis regio circa Iorda-
nem quantum ad duas tribus et dimidiam omnis in qua
omnis de omnibus ut sit ypobolica vel multum ex-
pressiva locucio et ponitur ibi continens pro contento
et baptizabantur ab eo in Iordane baptismo
suo confitentes peccata sua et se aptantes baptismo
xpi suscipiendo. Baptismus enim Iohannis ad hoc
erat ordinatus quod quedam preparacio et prefiguratio
baptismi ipsius xpi de proximo venturi et ideo
Iohannes non solum predicabat sed etiam baptizabat
quia sicut sua predicacione nunciabat xpm de proximo
venturum sic suo baptismo assuefaciebat homines
ad libencius suscipiendum xpi baptismum. Unde baptismus
Iohannis erat quedam protestacio credendi in xpm
venturum et faciendi opera penitentie et devocionis
acciperent ipsum. Et hoc est quod in actibus dicitur quod Iohannes
baptizavit populum baptismo penitentie dicens in
eum qui venturus esset post ipsum ut crederent hoc est
in Iesum. Et ideo dicitur hic confitentes peccata sua
delenda sed per xpm venturum quia non poterant
hoc facere Iohannes sed denunciabat hoc per xpm
fiendum. Videns autem multos pharisaeorum

Saduceorum non confidentes peccata sua [illegible]
venientes cum turbis ad baptismum non ex vera
religione sed propter timorem ac ficte et insidio-
se dixit eis. Gemina viperarum seu progenies
i. venenati et venenatorum filii quis
ostendit vobis non penitentibus fugere a ventura
ira et evadere severitatem futuri iudicii. Quod
diceret nullus nisi a via mala vestra recedatis
et penitentiam faciatis licet non falsitas vestra
lateat in conspectu populi non tamen latere poterit in
iudicio dei cum manifesta erunt abscon-
dita cordis. Sic eos arguebat ut omnia
sua resipiscentes propter iustam penitentiam futuri iudi-
cii penam evaderent. Nam secundum Gregorium iusta
ira est extrema dei vindicta quam cum peccator
evadere non valet qui nunc ad lamenta non re-
currit penitentie. Pharisei dicuntur a phares
quod est divisio quia ab aliis divisi sunt se divi-
dentes scilicet iudeorum sacerdotes qui in habitu
in victu et in gestu erant quodammodo distincti
ab aliis in signum maioris religionis.
Saducei Saducei dicuntur a Sadoch qui iusti vel se iusti-
ficantes quia hi libros moysi recipiunt
prophetas respuunt et nec angelos esse discredunt.
Hos ergo qui inter iudeos maiores videbantur
videns Iohannes ad suum venire baptismum
eos increpabat et confidenter vicia eorum
arguens utrosque gemina et progenies
viperarum vocabat quia venenum hypocrisis et
erroris a suis traxerant et progenitoribus
et quia malorum acta imitantes eis invidet
eosque persequuntur et ita venenati filii de
venenatis parentibus sunt nati. Sed a secundum
remigium consuetudo scripturarum ab imitatione
operum nomina imponere sicut et isti ab imitatione
viperarum progenies viperarum dicuntur. Sed quia
penitentia et correctione maxime indigent ut in-
crepantur et non prius venena deponunt ut
sic ad baptismum veniant. Unde subiungitur facite
ergo dignos fructus scilicet in penitentia penitentie i. peni-
tentiam condignam et satisfactoriam et contritionem
et confessionem ut fugiatis iram ventura-
m quia hec est sola via evadendi eam. Ubi Crisostomus
Non enim satis est penitentibus peccata dimittere
sed opus est eis fructus ferre secundum id declina a
malo et fac bonum. Sic non sufficit ad sa-
nationem sagittam evellere sed oportet ulceri
medicamentum apponere. Non autem dicit fructum
sed fructus copiam designans. Hic ille fructus
vero dicit non qualescumque sed dignos penitentie i.
secundum exigentiam culpe ut secundum Gregorium quanto
quis gravius peccavit tanto amplius pro
qualitate culpe peniteat et tanto maiora
quaerat bonorum operum lucra propter penitentiam quanto

graviora sibi intulit per culpam. Unde in Apo-
calipsi se glorificavit in deliciis tantum date illi
detormentis. Ubi Petrus Cantor parisiensis. Sed
quia faciendo irrecito pluribus facinoribus
confitenti tamen et penitenti qualitercumque
nolenti autem subire opus et fructum penitentie dignum
culpe. Ergo ne a se repelleret caritatem per im-
positionem gravioris penitentie respuens eam per te-
dium modicam ei in mingerem penitentiam. Melius
est ut in purgatorio suppleatur quam nunc hic
agitur quam quis in inferno eternaliter puniatur
Ubi non deus sed homo punit. Quod si confessor
iniungit mihi non dignum fructum penitentie scilicet pro quan-
titate culpe. Ego supplebo quia secundum qualitatem
et quantitatem culpe metiri debet quantitas pene
quod fit ex discretione que nomina est penitenti sicut et
confessori. Hoc Petrus. Sed quia iudei de generis
nobilitate et sanctitate gloriantes scilicet quia de Abra-
ham descendunt ex promissione facta Abrahe
sunt operibus salutem consequi presumebant
ideo subiungit. Et nolite dicere verbo vel mente
intra vos per falsam scilicet existimationem patrem
habemus Abraham. Et eius iustitia confidendo et
ex hoc vos iustos reputando credentes vos sal-
vari sunt operibus penitentie et sunt fructu penitentie nullus
sanctorum poterit per ipsos suis salvare peccatores.
Sic autem videtur de pluribus christianis qui devotionem
suam specialem ad aliquem sanctorum habentes per eorum
merita salvari credunt sunt operibus bonis.
Hec est etiam gloriatio quorundam religiosorum
qui gloriantur de bonitate et sanctitate funda-
torum et patrum suorum quibus dici potest si filii Ab-
rahe estis opera Abrahe facite. Hec etiam
est stulta gloriatio quorundam miserorum
qui vane gloriantur de statu suorum nata-
lium. Ubi Crisostomus. Quid enim prodest ei quod sor-
didant mores generatio clara. Nam quid nocet
illi generatio vilis quem mores adornant
Nam et aurum de terra nascitur et non est terra
et aurum quidem eligitur terra contempnitur. Melius
est enim de vili genere clarum fieri quam de claro
genere contemptibilem nasci. Melius est acerbi
ut in eo glorientur parentes quam talem filium habent
quam ut ipse in parentibus glorietur. Dic et vos
nolite gloriari dicentes quia patrem habemus
Abraham. Si magis erubescite quia filii eius
estis et sanctitatis eius non estis heredes. De
adulterio enim natus vitam qui non assimilat
patrem et qui sanctitati sui generis non respon-
det amittunt sanctitatem sui generis et digni-
tatem. Hec Crisostomus. Et ideo non de propagatione
carnali sed de mutatione spirituali est confidendum
nec in carne sed in fide est gloriandum. Non enim
qui semen sunt Abrahe omnes filii eius sunt sed qui

Cantor parisiensis

Crisostomus

fidem eius imitantur vitae sanctitate non venit
per propagacionem nature. Et per contrarium ostenditur quod
iudei quamvis filii Abrahe erant secundum carnem non
secundum fidei imitacionem. Et quia fidem Abrahe de
Christo respuerunt ideo nomen filiacionis Abrahe
amiserunt. E contrario gentiles quia fidem et
devote ad predicationem apostolorum receperunt ideo filii
Abrahe facti sunt. Et hoc est quod subdit Johannes
Dico enim vobis quia potens est deus de lapidibus istis
id est de gentilibus per lapides signatis susci-
tare filios Abrahe fide et imitatione id est imi-
tatores fidei Abrahe. Et in vera fide atque
opera Abrahe fuit sicut ille Abrahe mere-
tur filii. Vel aliter de lapidibus filios a-
brahe suscitare id est de duris et petrosis devotos
facere per viam digne in me sic iste de-
sepelierit dignetur sacro. Vel aliter quod ipse
digito ad lapides demonstrat et ostendit eis
XII lapides illos quos Josue precepit iudeos
tollere de medio et fundo Jordanis in
arida transportari fecerat quamvis et tertio de-
cem alios extra reponi fecit per primos
audientem [illegible] eorum significavit iudeos.
Post fidem gencium per baptismum [illegible] primos
emissionem gencium in lucem fidei. Secundo
sublimationem iudeorum in infidelitatem. Et
merito per lapides signantur gentes quia ipsi
colebant ydola de lapidibus facta. Unde in psalmo
dicitur Similes illis fiant qui faciunt ea. Et ha-
bebant corda lapidea et ad intellectum dei
ad insensibilia. De quibus filii Abrahe suscita-
ti sunt quia deum in Abrahe semine id est in Christo
crediderunt eius filii facti sunt et eius semen. Unde
dicit eisdem gentibus Paulus Gal. 3 Si autem vos
Christi ergo semen Abrahe estis secundum promissionem here-
des. Et filii ergo Abrahe de lapidibus suscitati
sunt quia iudeis per infidelitatem a filiatione A-
brahe decidentibus gentiles fidem Christi
recipientes in locum eorum suscepti sunt. Vel aliter
Rabanus secundum Rabanum quia per vitandis ad dignum penitencie
fructum faciendum iudeos incitare voluit
eos ad penitentiam provocabat sine qua nulla
penitencia est. Et quia doctor virtutis non solum
debet vicia ostendere arguere sed etiam penam
predicere eorum terrorem assignans eius ad penam
impenitenti et cito faciendam monuit subdit
Iam enim securis sententia divine iustitie
ad radicem arboris posita est ad succidendum
peccatores ex parte [illegible] et puniti vitam ad
[illegible] eos in gehennam. Vel securis id est
transitus vite succedentis ad radicem
id est voluntatem in bonis et ex quibus homo po-
situs est ab ipsa voluntate. Immo incipit
homo tendere ad [illegible] secundum Augustinum
nichil aliud est vivere quam de vita transire

id est ad mortem transire tendere. Notandum
quod expositor de arbore dicta sollicite
[illegible] Et sicut dicit alius Ecclesiastes xi
[illegible] nostris venit sicut [illegible] sed vive
et ad venturum vero arbor cadet et eius
cum ceciderit ibi remanebit. Et unde dicitur
Ecclesiastes si ceciderit lignum ad austrum sive
prout dicitur sive ad aquilonem ad infernum in
quocumque loco ceciderit ibi erit. Notandum
cadit arbor in partem ad quam magis inclinat
eius ramus et fructus. Sic homo cadit ubi magis se
inclinat vivo per affectiones et per opera sua
actus. Vel sic si ad austrum sive ad aquilonem Bn.
arbor ceciderit ibi erit. Auster calidus
in sacra scriptura bona solet significare.
Ab aquilone vero panditur omne malum. Pro-
hoc sunt arbores videlicet aliqui cadunt,
ergo arbor in morte et quamvis ceciderit,
exit quia indicabit te deus vel te inveniet
ubi nunc erit in morte et irretractabi-
liter quo casura sit arbor cadet et per-
ceciderit non adiciat ut resurgat. Et
per te casura sit arbor si stare volueris ra-
mos eius attende. Rami amor est copia
ramorum et ponderositas inde casura non
dubites. Si tamen fuerit tibi excessus rami
in despodia una quibus ad austrum extendi
vel spiritualia fuerint. Rami vero alia ad
aquilonem. Tunc vero pendent medium eorum
videant illa pendent quibus sit voluptas
eorum. Secundo Johannes dicit Omnis
arbor id est omnis homo qualiter sit persona aut
non faciens ibi fructum bonum simpliciter si-
ne mundo ad inactione excidetur a vita fide-
lium spiritualiter in morte et in ignem inextingui-
bilem mittetur eternaliter. Sine redemptione est
pena quam culpam. Et hoc ergo patet quia sola
obmissio dampnat. Secundum Bedam de quo hic
in servo pigro et inde etiam est ad iudi-
ciet quam malos et ob invenibus et omnes
morientur. Non ergo sufficiat homini declinare a
malo nisi faciat bonum. Non est in fructu-
osum diligit deus nichil in orto suo nichil
in vinea sua nichil in agro suo vult esse in-
fructuosum sed ut in paradiso erat arbor
infructuosa quod ex hoc patet quia primi parentes
inhibiti sunt comedere de ligno vetito sed pa-
radisi fructus de ligno scientie boni et mali. Ita
est ille qui facit fructum bonum ignem
mittendus quam cum illo qui malum facit arbor
ista est genus humanum et homo qui est arbor ipsa.
Quedam vero arbores ut sunt inde steri-
les ut paganismi et incredule quedam viridis
ut xvi et ut hi iudei qui sunt infructuo-
se sunt et nullum fructum faciunt. Et quedam
et arridiose quedam faciunt fructum si-

utilem et non bonum sed meritorium ut ypo-
crite. Quod faciunt fructum non habentem utilem
sed malum et venenosum ut heretici qui predi-
cando fructum parant sed mortiferum et hi
omnes in cendio aperte sunt et dampnabiles. Quod
vero bonum fructum faciunt ut boni catholici
obedientes verbo dei. Radices arboris sunt
cogitationes quibus plantati vel sursum celo su-
stollimur vel ad ima inferni mittimur vel
radices sunt voluntas bona et mala eque sunt
ex radice prodeunt tamquam fructus bona vel
mala verba vel opera que voluntatis sunt testimonia.
Igitur ut dicit Ambrosius faciat fructum qui potest
gratie qui debet pene ad eum dominus qui fructum
requirat fecundos vivificet sterilis
reprehendat. Turbe vero communicationem gehenne
propter mala et obmissione bonorum audi-
entes veriti interrogabant dicentes ergo
ne excidamur et in ignem mittamur quid facie-
mus et operabimur. Quasi dicerent vitam nostram
corrigere parati sumus. Et respondens dicebat
turbis. Qui habet duas tunicas id est superfluum
vestimentum det quod superhabundet non habenti
et qui habet escas id est superfluas similiter faciat. Et
ita intelligendum est de aliis rebus quibuscumque
que superfluunt considerata convenienti necessitate
status persone. Unde Basilius hic autem doce-
mur quod ex eo quod affluit super proprii victus
necessitatem tenemur erogare illi qui non habet. Ex-
dem qui quecumque possidemus largitus est. Unde
et Gregorius dicit in lege scriptum est sicut te ipsum ita
proximum diligere minus proximum diligere vincitur
qui non cum eo in necessitate illius etiam ea que
sibi non sunt necessaria impertitur. Vel sciendum quod du-
as tunicas habere est ultra necessitatem aliquid super-
fluum habere non habens autem potest intelligi extra
necessitatem extrema vel circa necessitatem que
aliter absque periculo potest probabiliter transire.
Unde dicendum quod habens sit superflua quod ultra
necessitatem sui et suorum quorum cura et nexus
maior ex caritate sibi incumbit ea habet et
absque illis potest transire ex precepto tenetur
non habenti existenti in extrema necessitate dare
alit. Si sibi sua aufert vitam cum in tali
necessitate sit superflua illi sunt debita tamquam
sua quam ad suam necessitatem pertinet. Si vero
non habens sit circa extremam necessitatem tunc dare
non cadit sub precepto sed sub consilio hic probatur
homo et apparet in parvo quid facturus esset in magno.
Unde Gregorius. Qui tranquillitatis tempore
animo dat pro deo tunicam suam cum in persecu-
tione datus est animam suam. Virtus ergo caritatis
ut in victu sit in perturbatione nutriatur
per miseriam in tranquillitate. Ita dum primum di-
stat sua impendere postmodum seipsum. Unde
et Augustinus. Caritas ut perficiatur nascitur

cum fuerit nata nutritur cum fuerit nutrita roboratur
cum fuerit roborata perficitur. Sed ad perfectionem
venerit quod dicit Michi vivere Christus et mori lucrum
captabam dissolvi et esse cum Christo. Incipit ista
caritas fratres ut de suis superfluis tribuat
egenti in augustus aliquibus constituto. Hanc
ita ceptam si verbo dei et spe fuerit vite nutrierit
perveniet ad illam perfectionem ut paratus sis
animam tuam ponere pro fratribus tuis. Hoc Augustinus
non ergo pigeat divites subvenire pauperibus
quia pro divitum utilitate pauperes fecit deus
ut per hoc quod eorum miserentur ipsi miseriam con-
sequantur. Unde Crisostomus. Ne putes quod propter utili-
tatem pauperum deus divites fecit quos et
sine divitibus poterat sustentare sed propter utili-
tatem pauperes fecit qui in fructuosi et steriles erant
futuri nisi pauperes facti fuissent. Hoc Crisostomus
Johannes itaque turbis et rudibus non dum diffi-
cilia sed vigilias ieiunia et hiis imponit
sed opera misericordia ad dignos fructus penitentie iniungit
super quibus dominus in iudicio disceptabit et de quibus
alibi dicit date elemosinam et omnia munda sunt vobis.
Unde Beda. Ordo aptissimus est ut post penitentiam
elemosina id est opus misericordie suggeratur. Ille enim iuste
a deo penitens ut sui misereatur impetrat
qui proximi indigentis quantum valet ipse misereri
non tardat. Et qui avertit aurem suam ne audiat aurem pauperum oratio eius ex-
crabilis erit. Unde et Johannes Baptista dum turbis
suaderet ne merito sterilitatis in ignem mitte-
rentur dignos penitentie fructus esse faciendos
mox consilium salutis querentibus adiunxit
atque ait. Qui habet duas tunicas det non
habenti et qui habet escas faciat similiter. Inter hec
autem ut ait Gregorius. Sciendum est quod misericordie opera
valeant cum fratres ad fructus penitentie ipsa precepta
precipiuntur. Et bene mentionem facit de tunica
et esca quia tunica qua interius et de necessitate
tegimur plus quam pallium est necessaria et ad hunc
magis necessaria est esca. Ad fructus ergo dignos penitentie
pertinet ut non exteriora et minus necessaria sed etiam
ipsa valde necessaria cum proximis dividamus ut
estam qui vivimus et tunicam qui vestimur. Hinc
habetur argumentum quod si habens duas tunicas precipitur
unam dare non habenti ergo multo fortius qui habet
duo beneficia tenetur unum dimittere non habenti
et maxime ideo quod duobus nequit servire ad utrumque.
Et si habens escas superfluas iubetur dare non
habenti ergo qui habet duo fercula quod preter necessitatem
est ut ad minus equi librarie tenetur de duobus
erogare indigenti. Et tunicas possunt virtutes
que sunt anime vestes intelligi quas habens debet appli-
care ad quemodo proximi. Et per escas sacre
scripture que sunt spirituales esse quas habens debet
proximum inde pascere. Venerunt autem publicani

se dicat p d' negocio ad publicu & mobilis
se i transmittat ut qui publica pecunia
theolonei redagia & tributa colligunt sing
hora & p dictum fisci nr'i reip publicae ad
tores se no qui & strenue hoc opus &
negocia si mandatis premuis et hoc quer
p q maiores aut patres debuere cura ma
iorib ut baptizment ab eo & dyocesi
adhuc agit quid faciemus ut vita eterna
faciamus & ille dicit vicit amplius tributa
et pecunias alibi ab aliquo exigatis q d con
stituit e vob si a legibus et iustis nobis
statis & probatis hoc aut facit & collectas
talium solent eo p'm ad plus colligendi
p eis sit p missi ul mandat ut p d amplius
faciant eis remaneat non plus maneat
eis d'clar dignos sit ut emant arapum
rei alicui p'mitto i mit d' plus deliciand'
et malos & pecia faciend' bona/ et sic primo
respiciendi e eis aliena p sit faciendo
etia & pedes publicanos ab augenda
fraude cohibet ut dn primo se ab alienos
temperent appetitu cupid' ad qua ex pri
mis coercenda p tinguent & publicanos
pro intelligi officiales ducis et hospicia
pri no debent quid dicit ni p statuti
e s'm ordine mihi intreganere aut
et milites dicit go faciemus nos si ut
salui simus & ait illis nemiez gencatis
si sub pretexto offerri in pompes qui se
defendo no put/ opprimendo aut imperat affi
gendi d debite dicendo/ nec calumnia fa
cias dnm emen dmitti & potentiis i pcuendo
ac eos in cam trahendo & se petuam et bona
eor & pecunia via utilibz impendere non
potestis exercendo & agenti e stote suspen
dis vos q d de pensione pie & rei publice
hebetis & hec cuncta sit offensione & subsi
tumus nr posse a nullo tributa & ce accep
munera ut pecunias exigendo d p dem et
inducere dei pot milites q ad ejus ce
pri solent requirendos i pcuendi p dnm
ab eis quibz militando & desse debent
in pecunia blesen hodie milites dispi
plina pristina euanuit/ olim si milites
infantes vincula obligabant/ p' stipendi
pro rei publice statu/ p' i acie no fugerent
& p' vite pie voluntate coram pfecto &
et hodie ensis suos vaginis deturpant
& fugam se plus cure ut ad honorem
fideles ad tuitionem pauperu/ ad vindictam
malefactor & ad pia libertatem se gladiis
accinxisse dominus ihesus ds & sa
cepe hodie milites singulo decretantur

stantes in singulis exercitibus de sempi
ternum xpi cruciatis & poliantur & plane
subiectos sibi pauperes nec misericordie
in misericordie affligunt miseros & in
debitis alienis alienos appetunt & eorum
animas implent voluptates & pecunias
olim quippe rectores & gubernatores ciuita
tum milites usq ad regem et imperatorem vsq
rei publice magis & principe intendebat
pauperes si forcius no valerent defende
bant & pbitoles hodie de re publica
et populi pauci curant treuas et redditus
ingredi et occupant ut alios exclusis
dominis suis ditent & augeant pauperes
miserabiles affligi & mittunt de quibus
& pecuniis miseriordie eos affligunt
& eo minus & eis ne imposterum alia
quem alienent & a regno celorum
quam & excludant/ et ut nec dicti Aug.
milites ipi rectores publici clerici simi
plus & decem & eis queruntur tirani
rationum & concussores pbles sua
dempnant & mulctent xpi fideles
milites erant qui pdictos in telligi
armat & pla dicens accipite armaturam
dei & gladium spus qd est verbum dei &
per nemiez genocatis minus aspe &
terribo ac sic ad depraedandum & ducendo
nequ calumpnia fraudis & dolositatis pdictos
trahendo rapiendos eos & bonos exhe
redis vite & eternum exponendo vos
& sic reddibus assignati pdictoribus possi
dentes quibz & ele dicte mendicabilis
& qua felices turbe mendicatores seu pu
blicani et milites erunt si hec verba
pdicti observent & quis & qui de malis
tumultibz vobis & malis vna det no quis
timo pn dixi defraudandi & quis & qui
in fraude mercatis faciat & qui aliena
bona sibi gratis no invadat quis &
extraneis & qui minus calumnia no
inferat qui pecus no gerat & qui si ha
pendis sub eternis existat quis est
officialium qui ille sint no accipiat vel
tal' accedat & laudabimus eu & nemo &
qui vocat hoc nunc & p thesi fm
adhuc nem dissen estimabat simone
ut dn mundi & fice ne timeas admonea
tringent dn dicit volebat aut Crist.
volues in publicanis & militibz legibz
ad alia maiora & ficatem es vocatus
& in no sit error ad illa vocati mu
nera reperiat ne si pecunia & fidei ejus
alius intendere & ejus cura pertinet

q̄ Bapt^a ex mora tn q̄ melius Recepit cetis
ad publicanos et milites ac om̄s ad om̄s
ptinet / Vn Ambr. / singul' q̄ generibus homi
quenientes tribuit sm bap^e vn sed om̄ ordi
ita publicanis ne ultra p̄scriptum exigāt
militibus ne calumpniā facientes p̄dam
requirant / h' et alia officiorum p̄cepta
singulorum / Q̄ua cōis ē usus in oē p̄cepta
oibus officiis oibus etatibus nemini ab oibus
deferendus ē / Nā publicanus nō miles
excipit^r nō urbanus vel agricola dives
paup oms i cōe admonent^r ut confint
non tm̄ / Nā ū plenitudo v'tutis
e̅ io oibus ē pposita / pfca forma v'tutis
ne vestimentis alimentis suis pcunt / Vn
in ipsis ex possibili^te / p̄dictis humane men-
sura finitur ut nō sibi quisq̄ totū
capiat / q^d h^s cū paupibus partiat^r
h' Ambr' doctor flagellū tyrannorum C.S.

Beatissime Johes Baptista

precursor xpi et virgo sanctissime qui
primas peccatoribus ubi p̄dicasti et michi om̄
ea exemplasti .s. austera i victu et
vestitu vitā ducendo / et te a mundi ille-
cebris elongando / obsecro te obtine
p me tuis sanctis p̄cibus ut donet mi-
chi ōnis aspiciam ubi et totus cogi-
tacionis loqucionis atq̄ opis custodiat me
ab om̄ pollucōe mentis et corporis gradat
q̄ mi q̄ dm̄ i hac vita temporali p̄ceptō
refrenare avicius ac militare / & ita
dignos fructus penitencie facere ut valeam
om̄ peccatorum meorum veniā consequi et
ad vitam eternā pervenire Amen 1866.

Q^d Johes nō p se ipm̄ s ad eos
missus venit ad publicum Capitulum
18^m C. v Cara Stehelin.

d. 155

Quod autem Johes officium
baptismi nō ppria auctoritate usur-
pavit / s ad testificand' x' maiestatem
missus testat' Johes ewangelista d. Fuit
homo missus a deo cui nomen erat Johes
Quia in lucas dicat fcm̄ ē vbum
dn̄i sup Johem zacharie filium in deserto.
Ex quo significat Johes hic declarat
cū d^t fuit homo .s. vivens vita humanam
dictam recte vox missus a deo s de de-
serto ad baptizand' et testimoniū phibend'
de xpo / ubi oblī nōis in Johe p̄cendat

nō m a se inceps .s. sua usurpacōe venit s a deo
missus cui nomen erat Johes / Et convenit h'
nomen ei / Johes nā dr̄ in quo ē gra et io
fuit ydoneus ad p̄currend' an illū qui est
auctor gre / Hic venit i testimoniū ut testi-
phibet de lumine .s. xpo ut p illū .s. eius testi-
moniū om̄s crederent in xpm / Et nō p'
ewan^a q̄ nō mutat hic nom̄ ubi nūc nō
appellat lucē nō lumē / h' io q̄ d^t lux
claritate in pur^te sua / s alicū' ad admixte
& lumē d^t claritatem cū alia re qd'ā
sic claritas aeris nō ē lux s lumē / Et
sm̄ Johes missus fuit ut testimoniū phibet
de xpo in quo ē vma humane nate cū vbo
ideo d^t ewan^a cū phibe testimoniū de luce
/ s q̄ iudei estimaverūt de Johe ne forte
ille eet x' / p' fletum illorum opinionē removes
ewan^a d^t Non erat ille lux .s. va p̄ccm̄
et ex se nāle lucens / s. illuminans alios
luce gre / p se sufficiens / s lux p partici-
pacōem et a luce vā ille qui luce i accessi-
bili habitat illumīatus ut de ea vā luce et ple-
nitudine .s. vbo i^o sba prius luxs i quo tene-
bre nō sūt ulle testimoniū phibet Johes quod
et sic nō fit lux illuminans effective / s lux
illumīata a prima luce / Et n. lux illumīans
effective i^o lux p̄ccm̄ / ut sic solus deus
ē lux illuminans / Et et lux illumīata dispositive
i^o lux p pticipacōem / ut sūt sc̄ lux q illu-
minabo / Exemplo / Ita aut luce dei testimoniū
phibebat erat ab eterno lux vā .s. sm̄ filius
sm̄ umbra / s sm̄ p'ticipacōe / s lux p̄ccm̄
q illumīat lūie gre om̄ hoīem venientem
i hunc mūdm tenebris' / s. gre lūīe ve illumīand'
& sm̄ Aug^s nulla ē d' oibus q̄ illumīant^r
qui nō p hūc lucem illumi^{ret} / s' sm̄
Crisostomū illumīat om̄ hoīem .s. q̄ sū ē et
ad eū ptinet / q̄ si aliqui nō sūt illumīati p'
culpā / q̄ se s̄ subtrahunt ab influencia h^s lucis
s. n. quid' mentis sue oculos clauden^s
nolūt suscipe h^s lucis radios nō alicuius
nātā obumbracōe dilicti s̄ a malicia eorum
hoie illumīacōi obicem ponūt / Al^s s̄ auten-
tis voluntaie s ipsos gre dono pvant / Et
io inexcusabil' ē q̄ si s̄ ad gram recipiendā
nō pvenit / Et quid vbū / s. lux illa .s. sapia
dei p quā factus ē mūdus / x' vnum scilic' tem-
poris cū i mūdo erat ab ppo .s. mūdi exordio
sic ē i effectu et ars opotentis dei / R'
q̄ fcē s̄ oīa in fco R' q̄ i univsis creaturis
relucebat vēe cundi' et gub'nandi eas
ita ut si ē pus vis et tam p eius vtus
ad oīa se extendit sic ē rex i toto regno
/ p puciam & oīa unda sapta sua
occulis' eius sic ē rex i aula sua / & oīa
sūt ubi patent aspectui eius / Et p̄ccm̄.

Aug^s

filii adoptionis sunt facti quia non sunt per modum carnalis
generationis sed spiritualis. Quia quidam homines a deo facti recipi-
entes gratiam transmittunt. Ideo modo ad naturam divinam
quia per donum gratie efficiunt consortes divine nature.
Mora Moraliter huic colligere quod nichil humanum et per quod
nichil indignum nec creatum. Sed se gignere in nobis
ut non ex illo sed solum a deo nati sumus.
Deinde ostendit et manifestat modum quo verbum
venit in mundum quia non venit locali adventu
et ubi prius non erat. Sed quia novo modo ibi esse
incepit sicut rex qui prius est in aliqua civitate
per solam sui potentiam quando venit illic personaliter
incipit in esse novo modo scilicet per sui presentiam
sic dei filius qui erat prius in mundo per potentiam
presentiam et esse venit in novo modo scilicet humili-
ando se per carnis et nostre infirmitatis assu-
mptionem ut filii adoptivi efficeremur per filium
naturalem. Et hoc est quod dicitur Et verbum caro
factum est. Et verbum caro factum est
est carni unitum seu carnem assumpsit hoc
est hominem assumptum in unam personam sibi copulavit.
Quod autem hic dicitur homo accipiendo synodochice
partem pro toto ac si dicat factum est caro. Hoc
factum est utique verbum caro non quod verbum muta-
tum sit in carnem sed quia carnem anima rationali animatam
suscipiendo ex divinitate et humanitate una
persona facta est ut sint due nature una
persona in consubstantialiter integre et indistincte
unite non una in alia quasi ambe
in una persona nata. Ergo humana assumpta est a verbo
non in unitate nature sed in unitate suppositi vel persone
Ideo sensus est verbum caro factum est. Et si dicetur
deus homo factus est. Unde Augustinus filius hominis habet
animam habet corpus filius dei quod verbum dei habet
hominem tamquam anima corpus. Sic anima habens corpus
non facit duas personas sed unum hominem. Sic
verbum habens hominem non facit duas personas
sed unum Christum. Quid est homo anima rationalis habens
corpus. Quid est Christus verbum dei habens hominem
hoc Augustinus. Perfectum ergo in se naturam hominis
dominus dei iuravit et totum hominem salvare vel
Unde Crisostomus. Nam quia iam dudum propter peccatum homo
totus sanitas mortis utrumque incurrat. Sed
corpus et anima necessario dominus utrumque suscepit ut
utrumque salvaret hoc Crisostomus. Noluit autem
evangelista innuere totum ut ostendet singularem
et maximam unionem verbi ad hominem quia tanta
est ut non solum verbum sit homo et homo verbum
sed etiam separatis partibus hominis scilicet carne et anima
verbum est una quaque partium et quelibet pars est verbum
Et hec anima sit nobilior et prestantior carne
nominat tamen carnem magis quam animam quia ut magis
nos certificaret. Sed partem indignorem expressit
de qua magis dubium esse poterat quod verbum
ipsam assumpserit. Moraliter autem maluit

dicere caro quam anima ad commendandum inenarrabilem
condescensionem benignitatis et humilitatis dei
unde partem viliorem nominavit. Unde Sapientia
multorum concutit qui requisiti de cognatione sua
respondent nominando aliquem tenentes statum dig-
nitatis etiam in linea remota dicentes se esse
nepotes talis principis prepositi vel decani vel huius
et tacent de parentibus et aliis qui magis
sunt propinqui. Exemplum ad hoc fabulosum narratur
de mulo quis esset pater eius requisitus respondit
quod dextrarius esset amiculus eius tacens et
erubescens quod asinus esset pater eius. Et sic
verbum habitavit in nobis. Quia in nostra natura inseparabiliter
ut amplius nullatenus ab ea separaretur. Non
est intelligendum quod habitavit in nobis quia in unitate
suppositi in quolibet nostrum sicut in Christo. Sed intelli-
gendum in unitate humane quam deinde nobiscum
habuit cum qua mansionem perpetuam in ut
vel habitavit in nobis. Vivit nos in mundo
secundum illud Baruch 3o. Interiis visus est et cum
hominibus conversatus est. Moraliter potest intelligi
de inhabitatione mentali qua deus mentem
inhabitat per gratiam. Et hoc verbi inhabitatio
mentalis. Unde sequitur eius inhabitationem carnalem
qua videlicet factum est caro sicut effectus sequitur suam causam
Ideo ei quod verbum est incarnatum provenit nobis
illud bonum quod idem verbum nos inhabitat mentaliter.
Et vidimus gloriam eius. Cognovimus maiesta-
tem gloriosam divinitatis quia vere unigeniti
a patre unius et eiusdem nature cum eo. Videre accipitur
pro visione corporali et pro cognitione intelligi-
bili et utroque modo videndi habuit Johannes et
alii apostoli notitiam verbi incarnati quia cum ipso
fuerunt corporaliter conversati et sic viderunt
sensibiliter opera virtutem totius creature excedentia
ex quibus visu mentis perceperunt et intellexerunt
divinitatis eius excellentiam in car-
ne latentem quam pro infirmitate carnis
visibilis superbi credere noluerunt. Nam quippe
verbi cognoverunt discipuli in sapientia doctrine
Et quia erat decens sicut potestatem habens et
propria auctoritate loquens. Vel in miraculorum opera-
tione et quia creature obediebant ei ad nutum
sicut domino et creatori nec non et in transfiguratione
in patria in resurrectione in ascensione et
spiritus sancti missione. Propter quod dicens Et
vidimus gloriam eius subdit quasi exponendo
hanc gloriam quasi unigeniti a patre. Non per ad-
optionem sed vera unigeniti per naturam et natu-
raliter ab eo procedentis et per quod eandem naturam
cum ab eo ipso habitis. Et attende quod hic
quasi non ponitur similitudinarie sed licitionis
divine quia non est hic expressivum similitudinis vel
comparationis sed veritatis et expressionis.

Crisos. ac si dicat secundum Crisostomum vidimus gloriam qualem
decebat et quemadmodum est hic unigenitum filium
Et est modus loquendi secundum eundem sicut quis vi-
disset regem valde ornatum et in multiplici
gloria incedentem et incipiens de hoc aliis
narrare nec valens tota apparatu ornatus
claritatem enumerare dicet aliis sic Quod multa
dicere quasi rex ibat id est sic decebat regem Ita
hic evangelista cum non possit simul breviter sermone
omnia que de gloria verbi agnovit enarrare puta
quomodo angeli eum glorificaverunt ut servi boni
pastores magi adducti per stellam demones
demones de corporibus expulsi mortui susci-
tati infirmi curati et alia ita supra memorata
Et breviter omnis circa agnovit et clamavit
regem celorum advenisse Immo et pater de celo
et spiritus sanctus super eum veniens hec testati
sunt hec et infinita alia gloriam verbi atte-
stancia breviter apprehendens Johannes dicit Et
vidimus gloriam eius quasi unigeniti a patre id est
talem qualem decet unigenitum dei Est
ergo dei filius iuxta divinitatis excellenciam uni-
geniti a patre iuxta sanctam vero caritatem et soci-
etatem primogenitus in gratia Unde est quod sanctus
nuncupatur et dicitur sanctus quia primogenitus dicitur
quia unigenitus Significat autem verbi incarnati
quam habuerunt apostoli et credentes sunt quantum ad
utramque naturam scilicet divinam et humanam Quantum ergo
